

* Tob. 3. 8.

Auguf. l. 13. contra Fauft. e. 8. l. 2. de confenfu c. 2. l. 83. Quafi. 9. 61. Epiphani. heres. 78. Julian. Tolot. contra Judaeos l. 3. Hilar. in Matth. c. 1. Vide Baron. ad Annal. ap. parat. n. 30. 31. 32. Mald. ad Matth. 1. 26.

Hebr. 7. 13. 14.

m Pfal. 109.

idemque manebat Legis spiritus, ut scilicet hereditates in suis singulae familiis affererentur. Profecto Tobias & Raguel (*) in alienigenarum ditone versantes, ab ea Legis obligatione exemptos se minime arbitrabantur, quamvis alioqui census suos omnes in pecunia, mancipiis, & gregibus constitutos haberent.

Quae intercedebat inter Beatam Virginem & S. Elisabeth natam de stirpe Aaron necessitudo, plus aliquid meretur indaginis; non quod majus faceret negocium, sed idcirco tantum, quod Patribus quibusdam (*) persuasum est, a S. Matthaeo genealogiam Christi veluti Regis, a S. Luca veluti Sacerdotis tradi. Quae si veritati cohaereant, profecto necessitudo Mariae cum Elisabethe, & junctum Regalis cum Sacerdotali familiae foedus non solum sententiae nostrae non officeret, sed plurimum proderet; quippe qui persuasum habeamus, Jesum Christum non tantum filium David & Regem Judaeorum statuendum esse, sed etiam Sacerdotem aeternum. Poterat itaque Mariae consobrinitas suam Elisabetham habere, quod scilicet aliquis de familia ejus foeminae necessariam B. Virginis aliquam in conjugem habuerit; si vicissim aliquis ad familiam Mariae pertinens filiam aliquam Sacerdotis & de familia Elisabeth duxerit. Nihil in ea re arduum; quemadmodum enim supra innuimus, conjugia puellis non haeredibus libera permittebantur. Quae omnibus data facultas, amplior pariter puellis Sacerdotalibus patebat, quippe quae ex ea familia prodissent, cui nulla erat in regione haereditas assignata; ut proinde nunquam contingere potuisset, eorum connubia ad viros contribules & ejusdem familiae, metu ne turbarentur haereditates, restringi.

Quando tamen nos utramque Christo dignitatem, Sacerdotalem scilicet & Regiam, asserimus, non ita tamen reputandum est, quasi a S. Luca Sacerdotalem, a S. Matthaeo Regiam genealogiam retexi fateamur. Non enim receptam ex Aarone (l) Sacerdotalem dignitatem Jesus Christus gerebat; quippe qui Sacerdos esset secundum ordinem Melchisedech (m). In serie avorum Jesu apud S. Lucam nihil unquam sive de Aarone, sive de ejus filiis, sive de alio quocunque Sacerdote in historiis noto legitur. Porro Messias Sacerdotium Aaronicum abrogaturus venerat, ut novum conderet, neque de ejus Sacerdotio Aaronico quidquam apud Evangelistas legitur, cum vicissim de stirpe ejus Davidica nunquam sileant. S. Lucas genealogiam David usque ad Zorobabelem & Resam apertissime profecquitur; quis credat deinde, ea relicta, ad feriem Sacerdotalem se contulisse, ne Lectore quidem admonito, neque ratione ulla indicata? Sit itaque constitutum, Jesum Christum de Davide genus secundum carnem retulisse, quod vel unico hoc argumento convincitur. S. Lucas, & S. Matthaeus discreti restantur, Jesum de Josepho prognatum non fuisse; sed ipsi pariter Evangelistas persuasum est, Jesum patrem habuisse Davidem; quare, ut ambo simul

constent, reputandum est, genus de Davide non nisi per Mariam parentem suam retulisse. Maria igitur, & Jesus ad genus Davidicum pertinent. Demonstrant pariter idem Evangelista, Josephum de Tribu Juda, & radice David factum fuisse; ejusdem ergo familiae, & Tribu gemini reputandi sunt Josephus & Maria.

Gemini patres, qui uni eidemque filio Josepho asseri in Evangelio videntur, nempe Jacob juxta S. Matthaeum, & Heli juxta S. Lucam, unicum in hac re negocium faciunt, totamque sibi Dissertationem hanc nostram vindicant. Rei arduitatem jam inde ab initio P.P. & Interpretes senserunt, nec Christiani nominis olores ab hoc sibi contra nos argumento urgendo temperarunt. Quibus tria reponenda sunt. 1. Jacob filium Josephum re ipsa ex se genitum habuit, eundemque vero legitime sibi filium adscivit Heli: 2. seu vicissim Heli juxta naturam, Jacob secundum legem pater reputandus est (n). 3. Potuit Josephus adoptione filius alterutrius, alterius vero naturam reputari [o].

Priori sententiae favet apertus S. Matthaei Textus: *Jacob genuit Joseph*, cum S. Lucas tantum legat: *Joseph qui fuit Heli*; quod reddi potest; *Qui ad Heli pertinebat*; sicut eodem sensu legitur in capite ejus genealogiae: *Adam, qui fuit Dei*; nempe de manibus Dei opificis prodit. Concesserunt in eam sententiam Veterum ferme omnes (p), quam Julius Africanus Author tertii saeculi inuentis in Palaestina de gens excepisse se ab ipsis Servatoris nostri cognatis secundum carnem, de Nazareth, & Cocaba, vicis Judaeae, per omnes terras illas diffusis. Ita vero ille hanc Genealogiam explicat. *Mathan* de Davide per Salomonem deductus, & *Melchi* de Davide per Nathan factus, alter post alterum eandem uxorem *Esban* duxerunt. Ex eo conjugio nati sunt quidem de *Matthan Jacob*, & de *Melchi Heli*. Posterior iste ducta conjugio sine liberis deceffit; cujus proinde viduam uxorem ex Legis praecipio (q) sibi vindicante Jacob, natus est ex eo conjugio *Joseph* filius Jacob secundum naturam, & *Heli* secundum legem.

Hoc Africani testimonium, cui ex Patribus ferè omnibus auctoritas accedit, tanto potius reputandum est, quanto assertores habet ex ipsa Jesu Christi familia secundam carnem viros dignissimos. Super sunt tamen aliqua, quae negocium faciunt; quanquam enim de geminis parentibus S. Josephi instruaumur; nihil tamen ex ea deducitur, quomodo juxta hanc hypothesein Jesus filius Davidis ex Salomone statuatur; silet etiam Josephi cum Maria necessitudinem. Repugnat tandem textui S. Lucae, qui *Mathat*, & *Levi* constituit medios inter *Melchi*, & *Heli*; cum Africanus ceterique ejus sententiam tuentes (r) parentem ipsi Heli proximum habeant *Melchi*, illum scilicet, quem nostra Exemplaria S. Lucae avum ejusdem viri ferunt. Nihil moror errata, quae Africano ea in re vitio vertuntur; credulitatem, & incuriam viri; relatam ab ipso traditionem, & temporum dif-

n Ambros. in Luc. alii apud August. 99. N. T. q. 56. Vide Grot. in Matth. vers. de gener. Christi. o August. l. 2. de consensu c. 2. 3. & l. 2. Quasi. Evangel. 92. p African. ad Aristid. apud Euseb. l. 1. hist. Eccles. c. 7. August. Retract. l. 2. c. 12. Justin. q. 66. Hieron. in Matth. l. Euseb. q. 3. in Matth. Beda in Luc. Damascen. l. 4. c. 15. de Fide. Theophyl. & c. q Deut. 25. 5.

r Euseb. Hist. Eccles. loc. citat. Ambros. l. 3. in Luc. Nazianzen. Carm. de Christi. generat. S. Augustinus 77. generationes notat in S. Lucae Serm. 51. nov. Edit. c. 23.

discrepantiam, quae inter cognatos Jesu Christi testimonium illi ferentes, & S. Josephi incunabula, trecentorum circiter annorum intercidit, nihil extenuo. Contrariam forte alteram non inaequalis vetustatis traditionem, quae Heli parentem B. Virginis constituit, in subsequentibus opponemus.

Primum illud, quod objiciunt, satis per anticipationem supra dilutum est; cum scilicet ex ipso pariter Evangelio monstravimus, Josephum, & Mariam ad unam eandemque Tribum pertinuisse; & Jesum Christum, tanquam filium Mariae & haeredem Josephi, omnia sibi vindicasse privilegia ac promissiones Abrahamo, Davidi, & Salomoni factas. Ad illud autem, quod secundò oppositum est, prior patet responsio, si dixerimus, Julium Africanum ceterosque, quibus ejus sententia placuit, in Exemplaribus S. Lucae nomina *Mathat*, & *Levi* inter *Melchi* & *Heli* non legisse. Ambo quidem haec nomina irrepsisse in textum ex versu 29. videntur (s). S. Irenaeus l. 3. c. 33. non nisi 72. generationes computat a Jesu Christo usque ad Adamum; quod satis demonstrat, gemina haec nomina in ejus Codice expuncta esse; alioqui enim non 72. sed 74. generationes supertasset. A quarto saeculo duo haec nomina *Mathat* & *Levi* in Codice S. Lucae paruisse defendit Grotius. Utra tamen lectio praerenda sit, judicium aliis relinquimus, satis habentes utramque sua auctoritate fulciri; primam veterum Patrum, secundam omnium Exemplarium tam Manuscriptorum quam impressorum fide; nullum enim absque illis nominibus D. Melchior offendit.

Discutienda est modò hypothesis, quae S. Josephi genealogiam in S. Matthaeo, & Beatæ Virginis in S. Luca constituit. In hac sententiam modò concessum est; tantoque ardore a plerisque Recentiorum defenditur (t), ut ea tantum ratione, quae cumque adversis Evangelistas objiciuntur, dilui posse contendant. Hac semel constituta, demonstratur a Davide genus suum secundum carnem Jesu retulisse, juxta Scripturarum oracula; demonstratur pariter Josephus ad geminos parentes, Jacobum & Heli, filium pertinere, ad Jacob secundum carnem, ad Heli vero tanquam filium ejus Mariae virum. Qua in re spectare licet utriusque Evangelistae seu potius S. Spiritus utrumque animantis sapientiam, cujus instinctu S. Matthaeus genealogiam Josephi, S. Lucas B. Virginis retexit; quo satis aperto documento intelligeremus, Josepho adhuc excluso, Jesum semper de Davidis stirpe factum fuisse; itemque, veluti Josephi Mariae sponsi filium, promissionum divinitus Salomonis factarum haeredem reputandum.

Tria sunt in hac sententia opposita incommoda, quae nullo negotio tollerentur. 1. Textum S. Lucae (u) insinuare, Josephum ex Heli parente natum fuisse, quemadmodum Heli filius Levi, & Levi filius *Mathat*, & sic de singulis statuitur. 2. Deesse huic opinioni Veterum veterum Patres nunquam enim usque legitimus veteres Patres

calumniis Paganorum & Haereticorum refutands. Porro si genuina ea suppeteret ratio, intricatum hunc nodum explicandi, adeò pronam simplicem & naturalem tota simul ignorasset antiquitas? 3. Promissiones venturi Messie Abrahamo primum factae, deinde Tribu Juda oraculo Jacob asserite (x), ac tandem David confirmate in posteritate Salomonis viri Deo dilecti (y) implendae expectabantur. Maria vero genus suum non ex Salomone, sed ex Nathano relisset; adeoque & Jesu juxta eam hypothesein nullum fuisse haereditarium jus in eas promissiones posteritatis Salomonis factas.

Reponimus igitur ad haec, Textui (z) S. Lucae plures interpretationes aptari potuisse; e. g. *Ipsè Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, Filius Heli*, (ex Maria nempe parente) *quarum filius Josephi putaretur* [a]. Potest etiam ita reddi, ut Joseph filius Heli appelleretur, nempe filia illius vir (b), juxta familiarem S. Scripturae (c), nec ignotam exteris phrasim. Neque enim verba quibus S. Lucas usus est, naturalem semper filium parentemque designant; quemadmodum nec Adam ad Deum tanquam filium, nec Deus ad Adam tanquam Pater in eodem capite ver. 38. pertinere designatur. Sive Joseph ad Heli adoptione, sive conjugali affinitate, vel saltem legis sanctione pertineat, salva sunt omnia. Angeli Dei filii appellantur. Major natu inter filios viri, qui reliquam ex fratre sine liberis defuncto uxorem duxit, defuncti filius censendus est (d). Filii adoptivi & haeredes quicumque, eodem filii nomine donantur (e). Patris ergo nomen non semper genitorum designat. Si autem S. Lucas Mariae proximè ex Heli genitae nomine suppresso, nepotem Jesum, & generum ipsius Josephum adduxit; ejus filientii in causa fuit, quod scilicet de Maria satis superque in superioribus actum esset, & jam praemonitos habuisset Evangelista Lectores, conceptum ab illa sine maritali commercio, editumque Jesum filium Dei.

Quoddam autem in Paganorum potissimum gratiam Opus suum scriberet idem Evangelista, natumque Jesum sine Patris operato Mundum annunciasset, rectus systematicis ordo postulabat, ut Matris genealogiam retexeret. Aliud scribenti S. Matthaeo sedisse consilium par erat; quippe qui Judaeorum gratia historiam suam literis mandaret, apud quos moribus receptum non erat, ut mulierum genealogia traderentur. Accedebat ad haec, virum illum in genealogis gentis suae, ac potissimum universae familiae David instructissimum, satis habuisse, si certum Jesu Christi in Regiam dignitatem jus, deducta Avorum non semper sibi proximè succedentium serie, demonstraret. Quadam enim supplenda Lectorem relinquit, uti cum tres Reges a Davide usque ad captivitatem omittit, eodemque consilio a captivitate usque ad S. Josephum quindecim ipse generationes, cum S. Lucas enumeret viginti, recenset. Haec porro absque dolo malo facta à sanctissimo viro aperte satis apparent; referunt

x Genes. 19. 10. y 2. Reg. 12. 25. & 7. 12.

z Luc. 13. 23.

a Ita explicant Gomar. Voss. Spanhem. Iren. Diodat. Ligfoot. Hor. Hebr. b Ita Brugens. Ligfoot. Harm. Pisc. c Vide Grot. ad Matth. 1. & ad Luc. 3.

d Deut. 25. 6. Suscitabit semen fratris sui & primogenitum ex eo filium nomine illius appellabit.

e Vide August. l. 2. de consensu c. 3. & serm. 51. nov. edit. c. 18. & sequent.

s Mill. Proleg. in N. T. Graec. proleg. 817.

t Galatin. Janf. Genebr. Grot. Spanhem. Dubia Evangel. Gomar. Ligfoot. Hor. Hebr. Brug. in Matth. Voss. de genere Christi, Toy-nard. Harm. p. 3. & 13.

u Luc. 3.

runt enim Scriptorem potissima tantum & majoris momenti inuentem, reliqua supplenda Lectoris relinquendum. Nihil tale apud S. Lucam, cui nihil omittitur illaudatum, quod successionem Davidici generis per generationes ad sensum usque demonstraret.

At enim juxta S. Lucam nullo argumento demonstratur, Jesum naturali generationis serie à Salomone descendisse, quippe qui à Nathano Davidis filio deducatur. Reponimus, nusquam satis apertis Scripturae verbis probari, Deum è genere Salomonis oriturum Messiam, è prænunciatio: id tantum Davidis posteritati bonum promissum est. Deus quidem Regnum Salomonis eiusque posteris, ceteris fratribus Davidis filiis exclusis, destinavit; sed facta de Messia promissiones ad universam Davidis familiam pertinet. Est itaque Jesus, juxta S. Mattheum, certus affertusque Josephi hæres, Josephi, inquam, genus suum è Salomone referentis, cuius proinde regni dignitatem hereditatem universam ipse Jesus in se transfundebat. Ipse pariter Jesus apud S. Lucam è Nathan & Davide per Mariam, & Heli deducitur, unde illi Davidicum genus asseritur. Salomon in universa Scriptura ceu typus & imago Messiae pingitur, quo Principe illustrior nemo, nemo in tota veteri Lege augustior: plura sunt, quæ inter rerum gestarum Salomonis, & Jesu Christi historias consonant; neque inde tamen deducitur, Salomonem tanquam Messiae parentem habendum fuisse.

Dux tandem familia, Nathani, & Salomonis, inter se coeuntes in Salathiele, & Zorobabele, qui ambo in utraque Genealogia Evangelistarum respondent, id præstiterunt, ut regius Davidis sanguis in duos veluti ramos divisus, in unum tandem amnem coalesceret; sed iterum in ramos divisus, hinc in Heli apud S. Lucam, illic in Jacob apud S. Mattheum defluxit; ut proinde uterque genus suum à Davide, Salomone, & Nathano referret. Sunt enim unius ejusdemque trunci duo veluti rami, idemque in venas utriusque familiae sanguis transfunditur. Quacunque itaque ex parte respiciatur Jesus, semper Davidis est genus, sibi que uni decora omnia ejusdem familiae tam ex Josephi quam ex Mariae parentis jure deposcit.

Quamquam autem raro systema hoc postremum à Patribus proponitur, quibus scilicet suum fecit autoritas Julii Africanus, testimonio necessarium Jesu Christi secundum carnem suffulta; insinuari tamen à S. Augustino (f), aliisque nonnullis (g) intelligimus, quibus relatum à S. Luca genealogiam J. C. veluti Sacerdotis probatum est; non enim ad sacerdotalem lineam, nisi Maria tantum, spectabat. Huic planè sententiæ privilegium ante omnes alias vetustatis asserendum est; cui si tractu sæculorum aliquid derogatum fuit, id unice tribuendum, quod in Libris vetustissimis, Apocryphorum, notè ex interpolatione Hæreticorum ab Ecclesia inuistis, traderetur. Verùm demonstrandum

f August. l. 3. de consensu. 1. 2. 3. g Hilar. in Matth. 1. initio, Epiphani. hæres. 78.

est nobis eam hypothesein semper apud Græcos mansisse; neque Veterum auctoritate adeò destitutam esse, quantum aliorum opinione creditum est. Legitur in vetustissimo quodam libro Ebionitarum, ipsa Apostolorum ætate, vel paulò post ipsos digesto (b), Mariam ex parentibus Joachim & Anna prodiisse. Liber ille inscriptus est nomine S. Jacobi Jerosolymatini, fratris Domini, nempe consobrini germani ex sorore B. V. Hæc autem hujus Operis apud Veteres frequentissime laudati summa. Joachim vir erat, si quis alius, ditissimus in Israele, qui singulas solemnnes festivitates magnificis in Templo sacrificiis oblati prosequabatur. Accidit ut paratum semel sacrificium suum offerre Ruben prohiberet, causatus viro posteritate in Israele orbato nullum esse in Sacrificiis offerendis jus & potestatem. Joachim rubore suffusus in deserta sese recepit, ubi omnium aiebat greem, ibique solidis 40. diebus subsistens, jejuniis, precibusque vacavit. Anna pariter ejus uxor inseni affecta injurià à procaci quadam famula, in hortum secedens, amarum lacrymis sterilitatem suam deservit. Lugenti adfuit continuò Angelus Dei, nuncians exauditas à Deo ejus preces, foretque futurum, ut mater tandem efficeretur. Eadem & Joachim per alium Angelum nunciata sunt.

Joachim domum suam repetens, post evolutam novem mensium periodum Mariae pater effectus est. Post triennium puella in Templo præsentatur, ibique ad duodecimum usque ætatis annum subsistens, parato semper ab Angelis cibo aiebatur. Duodecimo igitur puellæ nuptias deliberaturi Sacerdotes convenirent, visumque ut ex omnibus per universum Israellem uxore orbatu viris in unum coactis, ille sibi puellæ custodiam haberet, qui divino prodigio seligeretur. Convenirent igitur omnes in Templum, offerentes singuli virgam, quam manibus præferrebant, summo Sacerdoti: ipse verò omnes simul tenens, in Sanctum ad orationem se contulit. Dein è loco Sancto egressus singulis virgam suam eandem ipsam, quam acceperat restituit. Sed Josephi virga insueto prodigio coruscare visa est; namque ex ejus summitate columba evolitans, capiti viri senioris insedit, tenuerat enim Josephus, & liberos habebat. Quare ne Mariam in sui custodiam reciperet, pluribus rogabat.

Persuasus tandem puellam in domum deduxit, ipse verò ad pristina fabricilia, exercitia in agrum se contulit. Eo absente accidit, ut Maria è domo sua egressa, hauriendas aquas veniret, cum subitò vox eunti facta est: *Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres.* Ad inopinam vocem attonita domum promptè repetens, consuetis exercitiis se dedit. Tum Angelus Domini spectandum se præbens, ita stupentem affatus est: *Ne times Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum omnium: ecce concipies Sancto ejus verbo.* Secundum hæc contulit se Maria, ad salutandam Elisabeth; & cum ventris tu-

h Euseb. hist. Eccles. l. 3. c. 20. S. Epiphani. hæres. 51. c. 2. S. Hieron. de viris illust. c. 9. Ebionitas cum exitu prioris sæculi componunt.

tumorem augeri intelligeret, ad propria remeavit.

Post sex mensium absentiam Josephus domum repetens, prægnantem uxorem, hærens ad rem inopinam, suspexit. Tum reprehendere se, quod minus cautè uxorem suam custodisset; reprehendere pariter & uxorem, quòd maritalem fidem laxisset. Maria, Virginem esse se sanctè jurabat; quid autem ventris tumor indicaret, ignorare se profitebatur.

Narrat deinde Author, quomodo Joseph & Maria potare aquas amaras, præscriptam in Lege cautionem ad maritalem pudicitiam explorandam (i), à Summo Sacerdote justè sunt; narrat pariter iter Josephi & filiorum ipsius unà cum Maria Bethlehem versus; prodigia quæ in natalibus Christi acciderunt; tum & aliud prodigium Salome foeminae cujusdam incredulae, quæ Virginitatem Mariae post ejus puerperium tentatura, continuò uri manum suam & è reliquo corpore mox deciduram sensit, sed solo tactu pueri Jesu in ulnas levati, sanitati restituta fuit. Addit historiam Magorum, eadem Innocentium, fugam Elisabeth cum puero Joanne Baptista, quos ambos hiscens subitò mons in sinu suo excoepit celavit; tandem necati jussu Herodis Zachariae patris S. Joannis Baptista, necati, inquam, inter Templum & Altare, quòd filii sui Joannis Baptista latebras querenti Regi proderet recusasset. Zacharia Summo Sacerdoti Simeon vir grandævus, commissa fortibus electione, substitutus est, qui deinde Jesum in Templo oblatum in ulnas excepit.

Lucubrationem hanc in omnibus defendendam minime suscipimus. Nunquam in Ecclesia inter Canonica Opera receptam satis constat; quin & amandam inter apocrypha à Gelasio [k] fatemur. Neque Patres illam laudantes fidem illi in omnibus conciliare voluerunt. Verùm quæ tanquam certa & explorata ex illa Patres derivanda autumarunt, hæc etiam nobis tanquam Apostolica traditione certa retinenda esse videntur. Profecò apocryphorum Operum fabricatores aliquid tanquam certum & omnibus exploratum retinent; ecquis enim alioqui Lucubrationes illas recepisset? In eo pariter, de quo modò agimus, Opere certa quedam identidem spectantur, uti annuatio B. Mariae, Magorum adoratio, & Innocentium in Bethlehem cades. Quicumque Romanenses fabulas procedunt, aliquid pariter ex genuinis historiis retinent; nomina & præcipua quedam rerum ab Heroibus suis gestarum historiae, vera sunt & asserit; quin & recedere à genuino singulorum caractere ne lato quidem ungue sustinent. Profecò nihil cogebat, viros illos, qui Libellum hunc sub ipsam Apostolorum ætatem procedebant, ut nomine parentum Mariae, Joachim nempe & Annae, fingerent, quo maxime tempore genuina ipsorum nomina in hominum memoria servari adhuc potuissent. Consilium ipsi suum prodidissent, luculentum simulationis suæ argumentum illud exhibentes. Vix igitur persuaderemur, si illos voluisse eà in re

i Num. 5. 17. 18. &c.

k Gelas. in Concil. Roman. Evangelium nomine Jacobi, apocryphum. Liber de nativitate Salvatoris & obstrictricis, apocryphus. Innocent. l. 1. ep. 3. ad Exuperium c. 7.

incautos decipere, si vero dolo malo genuina parentum Mariae nomina suppressisse. Porro ex universa hac historia utriusque tantum ejus nominis veritatem defendendam suscipimus.

Guillelmus Postellus [l], qui Protevangelium ex Græco in Latinum omnium primum transtulit, testatur Opus illud tanquam Canonicum in Ecclesiis Orientis in ipsis Fidelium cœtibus legi. Habendum autem credit tanquam caput & exordium Evangelii S. Marci. In subscriptione ad calcem Operis scriptus à S. Jacobo Liber asseritur illis verbis: *Ego Jacobus scripsi hanc Historiam Jerosolymis: factoque tumultu subduxi me in locum desertum, donec obiit Herodes, & tumultus Jerosolymis factus est. Inde celebro Deum, qui tantum mihi sapientia dedit, quò scriberem hæc ad vos spirituales accitentes Deum.*

Quæ à Postello de autoritate hujus Operis asseruntur, fidei esse sublesta nonnullis Eruditorum visa sunt. Verùm legi apud Græcos Opus, & plurima illius apud Orientales probari, negaverit nemo. Quedam etiam ex illo retulerunt vetustissimi Ecclesiae Patres; quædam pariter in suis operibus insinuarunt. Meminit e. g. Tertullianus (m) sanguinis Zachariae, cuius in Templi pavimento macula diutius perseverarunt; ex eodem Evangelio Origenes in Matth. perhibet (n), natos ex priori Josephi conjugio filios, fratres deinde Domini appellatos. S. Epiphanius hæres. 30. & Gregorius Nyssenus Hom. de Nativitate Mariae, tum & Author Operis Imperfecti in Matth. Eustathius Antiochenus in Hexaemeron. Epiphanius Monachus Serm. de Virgine Deipara, Opus illud legerunt. Nicephorus lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 3. epistolam quandam Evodii, qui in cathedra Antiochena Apostolo Petro successor datus est, laudat, in qua nonnulla leguntur ex Protevangelio desumpta. Idem Author asserit testimonium S. Hippolyti, quo ad historiam Salomes obstrictricis spectatum est. Verùm antiquitatis prærogativam huic historiae invidere nemo; quemadmodum & à Patribus frequentissime laudatam satis convenit. Videtis Vossium in Tract. de Genealog. S. Virginis.

Extat etiam alter apocryphus Liber, inscriptus *Evangelium Nativitatis Mariae*, in quo ambo hæc nomina Joachim & Annae leguntur. Operis illius meminit S. Epiphanius hæres. 26. num. 12. & 79. num. 5. S. Augustinus lib. 23. contra Faust. cap. 9. alique nonnulli. Utebantur illo Manichæi, quibus tanquam authenticus probabatur. Inde verò S. Joannes Damascenus genealogiam suam B. Virginis & cetera de Josepho, Joachim, & Anna derivavit. Ea tandem erat Orientalium hæc de re persuasio, ut Mahometes ipse in Alcorano Surat 3. de Joachim patre Mariae sermonem habebat. Facile credimus, vetus hoc Evangelium Græcè amplius non extare; quod verò Latinum superest, inter opera S. Hieronymi vulgatum est, adjectis geminis supposititis literis Heliadori & Chromatii ad eundem S. Doctorem, quibus ventri sibi

l Guillel. Postell. Epist. Dedicat. ad Rempub. Venet. ante editionem Protevangelii Basilicæ 1552. per Oporin.

m Tertull. Scorpiac. c. 8. Vide & Hieron. ad Matth. 23. 35. n Origen. in Matth. p. 223.